

daz buch der smackenden wißbeit. Ad calcem Codicis hoc occurrit epiphonema: *Dis erst teil der Biblien ist von Johann liechtensternn von München die Zit Student zu Basel geschriben worden. Vnd volendet umb liechtmess Im Jar Tusesent Vierhundert Sechczig vnd vier.*

XXV. VII A 14.

<sup>32</sup>  
35 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 263. est *Pars altera S. Bibliorum* eodem cultu, uti prior, conspicua. *Fol. 1. pag. aversa* comparent rursus Auspicis insignia cum lemmate aureo: *Matbis Eberler. Anno. Domino. M. CCCC. LXIIII.* Insunt vero reliqui V. et omnes N. T. libri Praefationibus Hieronymianis instructi hoc ordine. *Isaias. Jeremias. Baruch. Ezechiel. Daniel. XII. Propbetas minores. II. Machabaeorum. IV. Evangelia. Epistolae Paulinae. Actus Apostolorum. Canonicae Jacobi, Petri, Johannis et Judae. Apocalypsis.* Libro II. *Machab.* subjecit librarius: *Dis buch bett ein ende, got müß vns den heiligen geist senden. Amen.* I. *Job. c. 5.* extat utrumque testimonium. Actus Apostolorum scriptor appellat *der apposteln getat.* Denique in fine hanc rursus clausulam adjicit: *Dis ander teil der Biblien ist von Johann liechtensternn von München die zit Student zu Basel vs geschriben worden An sand Jacobs abent Im Tusesenden Vierhundert Sechczig vnd Vier Jaren.* Biblia haec dialecto *Helvetica* scripta more suo jam  
Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

praecepit *Lambecius L. II. p. 756. edit. Kollar. col 541.* et ex eo *Le Long in Bibl. sacr. edit. Paris. T. II. p. 375.* transtulit.

XXVI. VII B 11

Codex membraneus lat. Sec. 64  
XIV. Folior. 319. f. per duas columnas bene scriptus et picturatus est *Pars II. Operis Biblici*, continetque *Job, Proverbia, Ecclesiasten, Cantica, Sapientiam, Ecclesiasticum, Isaiam, Jeremiam, Baruch, Ezechielem, Danielelem, XII. Propbetas minores, L. II. Machabaeorum, Psalterium, totumque Novum Testamentum* consueto ordine. *Fol. 1. p. 2.* vifitur stans *S. Hippolytus* d. vexillum, s. gladium scutumque tenens, utrumque litera Y (*Yppolitus*) quae *Canonicae Santhippolytanae O. S. Aug.* in inferiori Austria Insigne est, notatum. Procumbens ante illum habitu talari figura manibus elevatis conjunctisque lemniscum praefert ita inscriptum: *Ora pro me Dytrico. S. Ypolite. Folium* seq. utraque pag. caractere unciali caerulo, rubroque alterno titulum hunc exhibet: *Anno. Domini. M. CCC. XLI. Completa. Est. Biblia. Quam Ditracus. Custos. Ecclesie. Sancti. Ypoliti. Per Duo. Paria* (intelligo duos Tomos) *Comparavit. Et. Herwordus. De. S. Andrea* (alio et vicino Canon. Reg. Collegio) *Illuminavit.* Sequitur *Job* cum Prologo *Hier.* qui, ubi habetur, et aliis Libris praefixus est. *Ecclesiastico*, tanquam *C. LII.* adtributa est *Oratio Salomonis*, cu-  
jus

ius jam ad varia Biblia meminimus. *Lamentationes Jeremiae* post *Baruch* adtexuit Librarius. *Psalms* singulis non tantum *Summaria*, mystici plerumque sensus, praemisit, sed *Orationes* subjecit. Ita post *Psal- mum* I. sequens legitur: *Effice nos domine tamquam fructuosum lignum ante conspectum tuum. ut tuis ymbribus irrigati. mereamur tibi suavi- um fructuum ubertate placere. Per dominum. n.* Libri N. T. plerumque bina etiam argumenta praeferunt. *Matthaeus* Capita quidem censet XXVIII. textus tamen aliter, ac in impressis Exemplaribus, distributus est. *Pauli Epistolas* prolixior *Prologus* antecedit, quo de earum praestantia, numero, ordineque tractatur. Autorem *Haymone*, quem citat, adeoque *Sec. IX.* posteriorem, quin ex ratione dicendi *Scholasticum* esse liquet. Quinam vero is fuerit, in tanta *Pauli* Commentatorum turba difficile sit indagatu. Initium est: *Principia rerum requirenda sunt prius &c.* Finis: *premittit autem salutationem dicens.* Epistolis singulis, etiam Canonicis, *Argumenta* praefixa sunt. *Job.* I. c. 5. ad testimonium terrestre omittuntur illa verba: *Et hi tres unum sunt. Apocalypsi* subiecta est haec clausula: *Per mundi maria nos transfer virgo maria.*

Fol. 291. sequitur *Eucherii*, Monachi primum Lirinensis, dein *Episcopi Lugdunensis*, Scriptoris *Sec. V.* *Liber Formularum spiritualis Intelligentiae.* Incipit. *Eucherius lugdunensis episcopus verano pontifici* (Veranio filio suo

tunc nondum *Episcopo*) *salutem.* Praefationem hanc excipit *Elenchus Caputum VIII.* cum reipsa XI. censeantur, desitque in Cod. nostro C. I. *de diuinis nominibus*, reliqua sat inter se confusa sint, multumque ab editis Exemplaribus variant, idque non in melius. Post *Elenchum* ipsius Opusculi rubrica sic habet: *Incipit liber. Eucherii lugdnensis episcopi ad veranum episcopum de significationibus plerorumque latinorum nominum.* Editum illud est cum reliquis *Eucherii* quibusdam primum Parisiis a Petro Gerardo f. a. sed ante 1527. 8. dein a Joh. Sichardo *Basil.* 1530. 4. Medicam illi manum altero mox anno adhibuit *J. Alex. Brasicanus* noster *ibid.* f. ex cujus prae- via ad *Janum a Suolla* Canonicum Olomuc. epistola discimus, adjutum illum *exemplo et integro et egregie sincero*, quod *Job. Hartmannus Abbas S. Crucis O. Cist.* prope *Vindobonam* subpeditaverat. Secuta editio *Petri Galestini Romae apud Paul. Manutium* 1564. f. Demum in *Bibliothecas PP.* transit, legiturque in *Lugdunensi max.* T. VI. p. 824. ab *Andr. Schotto* S. J. recensitum.

A fol. 309. Codicem nostrum terminant duo *Isidori Hispalensis* Scriptoris *Sec. VII.* Opuscula. Primum quidem *ἁγιωγραφος* hac rubrica: *Incipit prologus de uita uel obitu sanctorum qui in domino precesserunt.* Prologus hic Catalogum illustrium utriusque Testamenti Personarum textit. Inscriptio Opusculi miniata est: *Incipit ortus uita uel obitus sanctorum patrum qui*

qui in scripturarum laudibus effe-  
runtur. Auspicatur vero ab *Adamo*  
et in *Tito* Pauli discipulo de-  
finit, habeturque typis excusum  
in *Opp. Isidori* optima haecenus  
editione *Jac. du Breul, Paris.*  
1601. p. 531. *Colon.* 1617. p.  
359. f. Alterum Opusculum inci-  
pit ab epistola *Isidori ad Orosium:*  
*Domino sancto ac reverentissimo*  
*fratri borasio ysydorus. Quedam*  
*notissima nomina legis et ewange-*  
*liorum que sub allegoria imagina-*  
*rie obteguntur &c.* *Orosius* hic non  
est *Paulus* ille, qui *Sec. V. contra*  
*Paganos* scripsit. Libellus ipse  
hunc minio titulum praefert: *In-*  
*cipit desloracio eiusdem* (*Isidori*  
scil.) *in nominatissimis nominibus*  
*legis et ewangeliorum ad eundem,*  
(nempe *Orosium*) multumque rur-  
sus ab editis differt, et ideo in-  
spici ab eo mereretur, qui de no-  
va *Isidori* publicatione cogitaret.  
Ita, ubi *du Breulius* legit: *Bar-*  
*rabas, qui Judaeis dimittitur, sig-*  
*nificat Antichristum, quem illi*  
*errantes meruerunt suscipere pro*  
*Christo, noster certe melius: me-*  
*rebuntur.* In *Calce* Libelli adtex-  
ta est brevis institutio de ratione  
et numero *Jejuniorum* ecclesiasti-  
corum sumpta, ut videtur, ex *Isi-*  
*dori L. I. de Offic. eccl.* cujus *Edi-*  
*tioni* supracit. *Tractatus* noster in-  
sertus est ad p. 515. titulo *Alle-*  
*goriae quaedam sacrae Scripturae.*

exaratus, rubricisque ornatus est  
Sacrorum *Bibliorum* juxta antiquio-  
rem divisionem *Pars altera*, a  
Libris videlicet *Salomonis* exor-  
sa, quibus praefixa est *Hieronymi*  
Praefatio: *Jungat epistola quos*  
*jungit sacerdocium &c.* Habent  
ejusmodi *Praefationes* et *Ecclesia-*  
*stes*, et *Prophetae*; *Machabaei* ve-  
ro duplicem *Rabani ad Ludovi-*  
*cum* Regem, et *Geroldum* archi-  
diaconum. Libris *N. T.* pariter,  
ut solent, *Argumenta* praemittun-  
tur. *Actus Apostolorum* sequuntur  
*Paulinas Epistolas.* Succedunt *Ca-*  
*tholicae Jacobi, Petri, Johannis,*  
*Judae. Job. I. c. 5.* Testimonium  
coeleste praeit. *Apocalypsis* in-  
structa est Praefatione *Gilberti Pic-*  
*tav.* quae incipit: *Omnes qui pie*  
*uolunt uiuere &c.* et habetur etiam  
in *Bibliis glossatis.*

XXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. 652  
VIII. Folior. 158. 8 totus auro,  
vel hodie nitidissimo, scriptus,  
Titulis vero miniatis et Literis ini-  
tiorum vario colore speciosis est  
*Psalterium* illud *Davidicum*, quod  
*Carolus M. Hadriano* Papae I. qui  
sedem ab a. 772. ad a. 795. te-  
nuit, donum vere augustum misit,  
manu *Dagulfi* cujusdam exaratum,  
quodque deinceps ab *Hadriano*  
obvenit *Willebado* primo *Bre-*  
*mensium* Episcopo, adseruatum  
inter ejus Ecclesiae *Κειμηλια* *Secu-*  
*lis* integris octo, et quod excur-  
rit, dum in Bibliothecam *Caes.*  
*Palatinam* e privata *Leopoldi I.*  
*Imp.* transfret. Ita quidem *Lambe-*  
*cus*

XXVII. VIII. 30.

759 Codex membraneus lat. Sec.  
XIII. Folior. 275. 8. per duas  
columnas minute sed nitidissime